

„gravia non produnt. Quartò, qui donum sanationum à Deo acceperant, illi numquam accipiunt cum conditio- ne, ut talibus vel talibus utantur verbis: sed tales commen- „tare formula sunt indicia pœti saltem latentis. Quintò, „non licet privatis co[m]muni]sc formulas, quas nec sacre lit- „teræ, nec Ecclesiasticus usus approbavit, qualis est ista. „

LVI. Si simile examen ab Episcopis & Pastorebus institue- retur super observationibus & verborum formulis, quæ ho- die ad sanationem tam hominum, quam jumentorum, aut frugum conservationē adhibentur, non dubium, quin non paucas reperiunt, non minus quam prædictam curationis formam superstitiones & illicitas; maximè si non tam atten- derent inveteratum harum observationum usum, sed potius abusum, quam regulas à Synodis propositas & probatas; neq[ue] multitudinem, quæ iis sine ullo examine uitetur seque- rentur: nec omnes passim observantias aut ritus qui nonnū- quam dormientibus Pastoribus in aliquibus Ecclesiis tam- quam zizania succurrerunt, & profundi radices jecerunt, reputarent pro praxi aut ritibus Ecclesia Catholicae.

LVII. Præcipue autem attendere debent Pastores & alla- borandum erit circa observantias, quibus non tantum popu- lus sperat conservationem aut recuperationem rerum temporalium, aut virtutum humanarum, sed infuper emolumen- tū aliquod in Ecclesiastico, aut eorum Ecclesiis, vel commun- itates ex iis redundat. Incredibile enim est, quam facile si- milies observantia etiam evidenter superstitione invales- cant; & cum invalerint, quam difficulter aboleri queant.

Dum similitudin observationum abolitioni tentatur, mox vel in questione deducitur, mox clamores in populo excitantur, quasi ipse Religiosus Sanctorum, vel imaginum aut reli- quiarum cultus, aut probatus ab Ecclesia ritus abolendi es- sent: nihilq[ue] nisi zelus avitæ religionis retinendæ auditur, & auribus popularibus inclamatur: quibus excitat populus clamat non secus atq[ue] clamabat Aliæ populus: *Magna Dia- na Ephesorum*, excitatùs à Demetrio & sociis ejus, specie ve- neratio in *Dianam* ejusve templum, sed rapta, quia De- metrius argentinus faciens ades argenteas Diana, presta- bat artificibus non modicum quaestum: quos convocans fuit sacer Textus] & eos qui hujusmodi erant opifices, dixit. *Viri, scitis quia de hoc artificio est nobis acquisitione.*

Si attendas genuina motiva eoru, qui maxime solent popu- lū contra abolitionem harum observationum, & adver- sus Episcopos & Pastores eorum abolitionē meditantes ex- citant, indubie patebit, eos non absimili moto duci, quo Demetrius ejusq[ue] socii pro conservatione veneratiois *Diana* ejusq[ue] templi contra Paulum & Apostolos seditionem excitabant: *Quia de hoc artificio est nobis acquisitione.*

LVIII. Opportunum erit ostendere populo, quod non sit adhibenda fides observationibus tametsi nonnunquam ex iis sequantur effectus sperati: quia etiam Deus permitit, ut demones iis abutantur, & hominibus medianibus su- perstitionis observationibus prosperi aliquid succedat; aut aliqua innoscant, in poenam nimii erga res temporales affectus, aut curiositas futura aut incognita sciendi: quo Dei iusto iudicio homines amplius implicari diabolis superstitiōibus contingit.

Apud Gratianum *cans. 26. q. 5. Can. 14.* sub nomine Aug- uini refertur: Si autem aliquis mihi opponit, & dicit quo- modo eveniunt illa, quæ illi divini prædicant futura; aut quomodo ægris possunt præbere medelam; aut sanis im- mittere ægritudinem, si aliquid propriæ virtutis ac pote- statis non habent; hoc à me recipiat responsum: quod ideo quisq[ue] non debet eis credere, quia aliquando eveniunt quæ prædicens, aut sanare videntur languidos, aut ledere sanos, quia hoc permisit Dei fit, ut ipsi, qui hæc audiunt, vel vident, probentur, & appareat, quæ fide sint, vel devo- tione erga Deum..

Eadem quæsiō versans S. Augustinus *lib. 5. q. in Denteronomii cap. 19.* dicit: Nec præter suam potestatem „Deus ostendit esse, quod ista contingunt: sed quasi que- retur, cur ea permitat, causam tentationis exposuit, ad cognoscendam utiq[ue] eorum dilectionem, utrum eam ha-

„beant erga Deum suum, cognoscendam vero ab ipsis pos- tius, quam ab illo qui seit omnia antequam fiant. „

Exstat similiter apud Gratianum in citato *Canone 14.*

Quomodo demones possint nonnumquam ex variis circumstantiis sibi notis naturaliter aliqua futura præde- re; aut etiam nonnulla in hominibus aut aliis rebus ter- renis causare, nec tamen iis propterea credendum aut confi- dendum sit, ipsi; frequentissime fallantur & fallant, ostendit Augustinus toto libro de *Divinatione Dæmonum.*

LIX. Inter cetera (inquit Pastorale Mechlinense) quibus Christus Ecclesiam suam sponsam ornavit, est potetas ejici- endi dæmonem è corporibus hominum, ejusq[ue] vim noxi- am reprimendi, juxta illud *Luc. 19.* Ecce dedi vobis potesta- tem calcandi supra serpentes & scorpiones & super omnem virtutem inimici.

Antiquum esse ritum, & in Ecclesia usitatum adhibendi exorcismos probat Exorcistarum in Ecclesia usitata Ordina- tio quibus in ipsa Ordinatione liber exorcismorum tradu- tur, & jam pridem traditus fuit, ut colligitur ex *Can. 7. Con- ciliu Carthaginensis IV.*

Sed ne in hostiis, ut & in alias Ecclesiæ ceremonias sub praetextu religionis superstitione immiserat, admodum so- licite invigilare tenentur Episcopi.

Hac de causa Synodus Tridentina in Decreto de *Obser- vandis & Evitandis in celebratione Missa expresse,* decer- nit, ut Ordinarii locorum Episcopis ea omnia prohibere, atq[ue] medio tolle sedulo curent, ac teneantur, quæ s[unt] perficito, veræ pietatis falsa imitatrix, induxit. „

Et inter alia nominatione vult, ut, quārumdam Missarum, & candelarum certum numerum, qui magis à superstitione coltu, quam à vera religione, inventus est, omnino ab Ecclesia removant. „

Similiter mandat Episcopis, ut, omnis superstitione, in San- torum invocatione, Reliquiarum veneracione, & Imagin- um sacro usu tollatur. „ *Decreto de Invocatione Santo- rum.*

LX. Neigitur praetextu exorcismorum & benedictionum in valeat superstitio, atq[ue] Sacerdotum aut Exorcista- rum imperitia aut cupiditas iis ad superstitionem abutatur imprimis passim in Synodis & Ritualibus decreatum est, ut nemo uratur aliis exorcismis, quam ab Ordinario approba- tis; ut loquitur Synodus Mechlinensis *P. II. tit. 5.*

Monit Pastorale Mechlinense conformiter ad Rituale Romanum, Non temere credit Exorcista, aliquem esse ob- sessum aut maleficatum, neq[ue] facile adhibeat exorcismos, nisi ex signis, prudenti Medicorum suo, aliorumq[ue] Docto- rum iudicio examinatis, moraliter constet esse energu- menum aut maleficatum. Quia sint hæc signa, late post Rituale Romanum exponit Pastorale Mechlinense: quæ tamē signa prudenter & mature expendenda sunt.

Addit Pastorale Mechlinense verbis supra relatis: „Mul- to minus morbos hominum, animalium, aut damna pos- sessionibus obvenientia, statim incantationibus aut male- ficiis attribuet; aut homines id ordinari existimantes, in illa opinione relinquent, multò minus confirmabit. „

Admodum prudenter præcipit Pastorale Mechlinense im- preissu anno 1598, sub Flovio, ut, serio instruantur quorum vacca vel alia jumenta vexantur incantationibus, ne cuiusquam imputent, neq[ue] suspicuntur vicinos vel alios homi- nes id fecisse, qui forte sunt innocentissimi; nec aures præ- beant vanis hominum promissionibus, qui inneptis & fallacissimis indicis nituntur deprehendere an mulier ista vel alia sit incantatrix, &c. Per quas observationes diaboli illationibus exponuntur qui talibus fidunt; & inquis suspi- cionibus capiuntur erga homines s[unt]e innoxios, cum gra- vii injuria proximi, & s[unt]ur anciarum detrimento. Et ob id diabolus s[unt]e talia vel suggesterit, vel per alios homi- nes malos suggesti procurat, additis aliquando indicis, quibus suspicione augeat, quæ prædam dolore qui tempo- ralibus plus sati addicti sunt, ægræ sibi patiuntur eximi. „

Valde frequentes hodie esse has leves suspiciones notum est, ut proinde merito sunt solliciti Pastores, ut conformiter ad hoc iudicentur. „

ad hoc monitum Pastorale, s[unt]e populum ea de re mone- ntant, in vigiliensq[ue] ne subinde nonnulli etiam Ecclesiastici, qui ex exorcismis commoda sibi aut suis famulis querunt, populum ad similes suspicções incident; aut occasionem prebeat populo imputandi morbos aut infortunia male- ficitis, quæ revera naturaliter accidenter.

Et sane citatum Pastorale Hovii deplorat, quod, ut olim fuerunt, qui hanc exorcizandi potestatem infeliciter usi- parunt, quemadmodum legitur in Actis Apostolorum c. 19, de filiis Scævæ Judæis; ita etiam hodie multi inveniuntur, qui vel cupiditate, vel alia quavis temeritate aut igno- rancia, dulci, sumunt qui sem sibi audacter officium exor- cizandi, sed non cum eo fructu, qui inde sperari posset, si graviter & cum debita pietate negotium tractaretur. „

Hinc in multis Synodis statutum est, ne quis tame- si Ordinem Exorcistarum, in modo Sacerdotii suscepit, exorcizare possit, nisi speciale habeat ab Ordinario licentiam. „ Nullus omnino exorcizare potest, (ait Synodus P. II. Mech. tit. 15. c. 4.) sine licentia Ordinarii in scriptis obtenta. „ Idipsum passim in aliis Synodis occurrit.

Quomodo Exorcista se per pietatis exercititia, praesertim jejunium & orationem præparare debeat, ut cum dæmoni certare feliciter queat, & quæ in ipsa exorcizatione cavere & observare debeat, latè exponit Rituale Romanum, quod sequitur Pastorale Mechlinense.

C A P U T IV.

De Crimine adulterii, lenocinii, stupri, raptū, concubinatus, & fornicationis.

1 Quid sit adulterium & quotuplex. (crimina.

2 Crimen adulterii Scriptura Sacra reputat inter gravissima.

3 Imperatores Romani similiter atrocissimis crimibus an- numerarunt. (ostendunt.

4 Pœna contra adulteros decreta atrocitatem criminis.

5 Iustini annus Imperator supposuit pœnam mortis in adul- teros decreuisse Constantinum M.

6 Iustini annus quoad mulieres adulteras pœnam mitigavit.

7 Apud Romanos viri adulteri minùs puniunt quam muleres adulteræ, inde tamen non sequitur, levius fuisse illorum quam harum crimen.

8 Id ipsum ostendunt Ambrosius & Hieronymus.

9 Ex Canonibus Pœnitentiales ostendunt atrocitas istius criminis. (sisticum.

10 Canonistæ jam pridem crediderunt hos crimen esse Eccle- sia.

11 Hac opinio Canonistarum saeculo 14. etiam in Gallia re- cepta est. (culare.

12 Sensim crimen hoc in Gallia devolutum est ad Forum sa-

13 Manet tamen Ecclesiastici si agatur de separatione thor- i.

14 Hac praxis Gallicana non diffonat à Concordatis Brabantia.

15 Eadem videtur praxis Flandria ex Damhouero.

16 Deplorat Damhouerus crimen hoc nimis leviter puniri.

17 Idipsum deplorat Zypaus, & quæ hodie soleat esse pœna a- adulterorum. (Constitutione Justini.

18 In Gallia adulteræ sapientia pœna iurius expressa in.

19 Eadem pœna obtinet in Sabaudia.

20 Non facile permittendum ut ad Monasteria Monialium tamquam carceres retrudantur adultera. & quare.

21 In Gallia adulterorum aliquando est capitalis pro-

ratione circumstantiarum. (vania.

22 In Belgio non eadem videtur esse in omnibus locis obser-

23 Mariti interdum ob adulteria uxorum puniri.

24 Maritus interdum committit crimen Lenocinit ob adul- terium uxoris.

25 Quid sit Lenocinium.

26 Detestabile semper habitum hoc crimen. (Lenocini.

27 An maritus dissimilans adulteri uxoris semper sit reus

28 Quis de hoc crimen Lenocini cognoscat juxta Concordia- ta Brabantia.

29 Quæ sit differentia inter adulterium & stuprum.

30 Quid sit propriæ stuprum.

(posita.

31 Pœna stupri de Jure Civili.

32 Quæ pœnitentia pro stupro per Canones pœnitentiales im-

33 Quoad forum exterrum pœna civilis contra stuprum quæ-

re Canonicò mitigata.

34 Videatur hac mitigatio originem habere ex Lege Moysaica.

35 Pœna stupri Jure Canonicò & Lege Moysaica expressa qna-

liter hodie in foro Ecclesiastico recepta.

36 Stuprator tenetur alere prolem: & quandonam mulier

afferent hunc illum ve esse stupratorem, credatur.

37 Stuprum virginis nondum viri potenter morte puniatur.

38 Stupratoris cum pœna extraordinaria pœna puniatur.

39 Casus carceris stuprum committens in captivam pœna

mortis plebitur.

40 Ex eadem ratione directores & directrices puerorum &

41 p[otes]t corrupentes graviori pœniatur.

42 Pœna stupri violenti an de jure capitales?

43 Rapto propriæ dictus à stupro violento quomodo distin-

44 Ex tabulis Legum Brabantia qna pœna stupri violenti est pœ-

na arocißima: hodie ferè pœna gladii.

45 An actio criminalis rapto cesset post contractum Matri-

46 Quamvis matrimonia non facile turbanda pretextu a-

adulteri interdum tamen ex officio agere potest. F[ilius] con-

tra adulterios.

47 De rapto ut constituit impedimentum matrimonii re-

48 Quid sit incestus. & inter quos committatur? (tentales?

49 Quæ pœnitentia imposta incestu[m] per Canones Pœ-

50 Vara ei pœna incestus in foro externo pro varietate ip-

sus incestus.

51 Crimen incestus ex Concordatis Brabantia est mixta for-

52 Similiter crimen concubinatus notori.

53 Concubinatus semper ab Ecclesia reputatus ut illicitus.

54 Leges concubinatum permittentes jam pridem per Leo-

nam Imperatorem reprobata. (batum.

55 Supponit Imperator concubinatum jure Divino esse repro-

56 Sanctus Augustinus concub

Hinc apparet, etiam ipsos Gentiles, qualis erat Abimelech, solo natura lumine judicatae, adulterium esse grande peccatum; etiam morte puniendum.

Gravitatem criminis ostendit Deus, dum Leviticus c. 20. declaravit: Si mæchatus quis fuerit cum uxore alterius, & adulterium perpetraverit eam conjugem proximam sui, morte moriantur & mæchatus & adulteria. Hanc legem rursus renovavit Deus Deuteronomio c. 21. Si dormiverit virum cum uxore alterius, uterque morietur; id est, adulterio & adulteria, & auferes malum de Israël.

III. Conformatur ad legem naturalem & Divinam, inter atrocissima ac imanissima crimina jam pridē à Principibus & Imperatoribus repositum fuit adulterium in Legge 7. Cod. Theod. de Remiss. crim. Unde & adulterii una cu atracissimum criminis reis excludebant ab indulgentia Paschalium, id est, indulgentia quæ minorū criminis reis ob festum Paschæ dari solebat; ut patet ex citata lege 7. & alii sub eodem titulo; & latè exponit Jacobus Gothofredus ad eundem titulum.

Similiter ob criminis atrocitatem, adulteris legitimè convictis aut confessis, appellare non licuit L. 1. Cod. Theod. Quorum appell. non recip. ipsumq; adulterium ibidem numeratur inter crimina quæ atrocissima crimina sunt.

Quin & ipse Ulpianus Jurisconsultus Gentilis adulterium vacat probrum & opprobrium natura in L. 42. f. De V. S. dicte natura turpe esse.

IV. Atrocitas pœna jam pridem in adulterios decreta, ipsam quoque criminis atrocitatem ostendit.

In Lege 4. Cod. Theod. Quorum appell. non recipiantur referunt rescriptum Constantini Imp. de anno 339, quo rescribit, quod, pari similiq; ratione sacrilegos nuptiarum, tam quam manifestos parricidas, insuere culeo vivos, vel exire, Judicantem oporteat.

V. Extat & Constitutio Constantini M. in L. 30. Cod. ad Legem Julianam de adulterio, in cuius fine dicitur: Sacrilegos autem nuptiarum gladio panis oportet. Sed cum eadem hæc Constitutione referatur in L. 2. Cod. Theod. cod. sit. sine hoc additamento, credunt nonnulli, id à Triboniano ex citato rescripto Constantii huic Constitutioni esse adjectum.

Quidquid sit, de eo sat convenienter Interpretes, Justinianum in Novella 134. c. 10. supposuisse Constantimum pœnam mortis in reos adulterii decreuisse; quam quoad viros adulteros retineri vult Justinianus.

VI. Quoad mulieres autem adulteras pœna illâ mitigata; voluit, adulteram competentibus vulneribus subactam, in monasterium mitti; & si quidem intra biennium recipere eam vir suus voluerit, potestatem ei damus hoc facere & copulari ei, nullum periculum ex hoc metuens; & nullatenus propter ea que in medio tempore facta sunt, nuptias ladi. Si vero prædictum tempus transiverit, aut vir, prius quam recipiat mulierem, moriatur, tondere eam, & mox nichil habitum accipere, & habitate in ipso monasterio in omni propria vita tempore.

Ex his constata est Authentica Sed hodie subiecta citatae legi 30. Hinc quoque patet, mitius cum adultera muliere, quam viro adultero agi, uti ad hanc Novellam notavit Dioclytius Gothofredus.

VII. Verum jam pridem apud Romanos ob quasdam rationes politicas severius punita fuisse adulteria mulierum, quam viorum certum est; atque hinc nonnullos etiam Christianos voluisse, minora esse peccata viorum, quam mulierum adulteria, testis est Augustinus lib. 2. De Adulterio conjugis c. 8, ubi adulteros quasdam introducit ita loquentes., An vero sexus nostri dignitas hanc sustinebit injuria, ut cum aliis feminis præter uxores nostras si quid admittimus, in iuendis pœnis mulieribus comparemur? His responderet Augustinus: Quasi non propterea magis debeant illicitas concupiscentias vitiliter frænare, quia vii sunt: quasi non propterea magis debeant mulieribus suis ad virtutis hujus exemplum se præbere, quia vii sunt: quasi non propterea minus debeant a libidine superari, quia vii risunt: quasi non propterea minus debeant lascivienti carni servire, quia vii sunt: Et tamen indignantur, si audi-

, ant adulteros viros pendere similes adulteris feminis posse, nascuntur tantò gravius eos puniri opotuerit, quanto magis ad eos pertinet & virtute vincere & exemplo tegere feminas.... Sed isti quibus displiceret ut in virum & uxorem par pudicitie forma servetur, & potius eligunt maximum in hac causa mundi legibus subditi esse quam Christi, quoniam iura forensia non eisdem quibus feminas pudicitiae nexibus viros videntur obstringere.

Multis ibidem exaggerat Augustinus gravitatem adulterii in virtute ostenditq; falso sibi persuadere maritos, leviter ora sua esse, quam uxorum adulteria.

VIII. Et Ambrosius lib. 1. De Abraham c. 4. apud Gratianum Can. 32. q. 4. Can. 4., Nemo blanditur sibi de legibus hominum. Omne stuprum adulterium est; nec viro licet, quod mulier non licet. Eadem a viro, quæ ab uxore debet, ut castimonia. Quidquid in ea, quæ non sit legitima uxoris, commissum fuerit, adulterii crimen damnatur.

Et ibidem apud Gratianum q. 5. Can. 20. S. Hieronymus: Apud nos quod non licet feminis, & quæ non licet viris, & eadem servitus pari conditione censetur. Adde quæ in hanc rem dicta sunt part. 2. tit. 15. c. 2.

Hæc & hodie non inutiliter subinde à Parochis coram populo dicuntur: quia & hoc tempore, quibusdam perspicuum appareat, leviora esse viorum, quam mulierū adulteria.

IX. Quædam atrox hoc adulterii crimen reputaverit Ecclesia, colligi poterit ex Canonibus pœnitentialibus, quibus plutum annorum pœnitentia viri tametsi sensel tantummodo lapsi imponebatur. Unde antiquiores Canones omniam in Canonibus a S. Carolo in ordinem redactis, & singularis Decalogi preceptis accommodatis dicitur: Si quis maritus semel lapsus est, pœnitentiam aget annis quinque; Si sepius mæchatus est, in fine mortis est convenientius, siq; promiserit se cessatrum dabitur ei communio. Id est, in fine vite reconciliatio dabitur. Communio enim hic juxta antiquorum phrasim pro reconciliatione, non pro coniunctione Eucharistica sumitur. Imo uti Cardinalis Bona notat lib. 1. Rerum Liturg. c. 17. n. 1. inter crimina quibus olim in quibusdam saltem Ecclesiis negata fuit absolutio in fine vite, numerabatur adulterium.

Hæc Canonum pœnitentialium notitia serviet iis, qui sibi pœnitentiali præsunt, ut adulteris ex pœnitentialium diuturnitate olim à Patribus decretis, ostendatur criminis enormitas; ut ipsi pro personarum, temporum & criminum qualitate pœnitentias convenientes imponant, quemadmodum parte 2. tit. 6. c. 4. ostendit.

X. Crimen adulterii sibi delatum Ecclesiasticum, communiter docent Canoniste ad C. 1. & De Officio Ordinarii, ubi sub nomine Synodi Joannis Papæ, quæ creditur celebrata apud Treveros in Gallia anno 872, dicitur, ut, habeant Episcopi singularium urbium in suis Diocesis liberam potestationem adulteria & sceleris inquirere, uelifici & judicare secundu[m] quod canonis sententia absq; impedimento alicujus.

XI. Hic Glosographus notavit crimina enumerata, ac nominatum crimen adulterii esse de criminibus Ecclesiasticis; eamq; opinionem receptam fuisse tempore Petri Cugenerii patet ex art. 39. ex patte Baronum Regni Gallia contra Prælatos Anno 1329. proposito. Item dicti Officiales faciunt citari aliquem bonum hominem conjugatum, & imponunt ei quod adulteratus est cum aliqua: & similiter mulierem aliquam conjugatum imponendo sibi quod adulterata est, in perpetuam infamiam ipsorum conjugum, & cum hoc extorsione pecuniam recipiunt ab eisdem. Hoc articulo responsum fuit à Berthrando Episcopo Eduensi: Ad 39. articulum quod loquitur de adulteris quæ laicis per Officiales imponuntur, dicit quod, nunquam talia faciunt, prout loquitur articulus memoratus, neque fieri debent talia, nisi super factis notoriis, vel manifestis, aut ubi tales, contra quos proceditur, essent publice diffamati, seu in aliis casibus à Jure permisis, & nihilominus patenti erant Prælati præcipere suis, quod alias in talibus nullo modo procedant.

Ex his sat manifestum est, Prælatos haud dubitasse, quin cognoscere

Tit. IV. De Delictis Ecclesiasticis Cap. IV.

cognitio de crimine adulterii spectaret ad Officiales, possent queratione huiusmodi notorii criminis etiam laici coram Officialibus citari, neque id negasse Barones; sed tantum hos conquisitos fuisse, falso imponi innocentibus & bonis conjugatis huiusmodi crimen cum summa eorum infamacione, & pecuniarum extorsione.

XII. At vero lapsu temporis crimen hoc in Gallia ad tribunal laicum revocatum est; refertque Aggidius Magister in Tractatu De Appellat. cap. 6. antiquum arrestum vulgo De Uxoratis scortatoribus per recentiora arrestra renovatum esse; atque hisce arrestis inhibitum fuisse Episcopis & Archidiaconis, citare laicos in materia adulterii coram suis Officialibus. Eisdem arrestis indicatis concludit quoque Rousselli lib. 6. Juris. Pontif. cap. 4. numer. 28. Ergo de criminis adulterii judicial laica Curia: licet ejus criminis pœna sit arbitria.

XIII. Si tamen non criminaliter seu ad pœnam propriæ agatur, sed ad solam separationem thorii, cognitio erit iudicis Ecclesiastici, quemadmodum notavit Glossa Pragmatica titul. De Concubinariis, §. Et cum omnes, verbo Pertinet.

XIV. Id non omnino dissont à Concordatis Brabantia que tit. 9. art. fin. statuuntur. De criminis adulterii, cognoscere. Jux Ecclesiasticus, ubi cognovit de separatione matrimonii, quod thorium, propter adulterium, & in locis, ubi habet Synodos, & scabinos synodales hoc salvo, quod scabini non poterunt denuntiare nisi notorios adulteros, nec poterit Justex Ecclesiasticus procedere contra alios, quam contra denuntiantes per scabinos Synodales, vel per alterum conjugum, in locis ubi consuevit de adulterio cognoscere: ubi vero non habet scabinos synodales, consuevit tamen cognoscere uterque de adulterio notorio, vel ad requisitionem alterius conjugum, cognoscere, & non alias, critique præventioni locus.

XV. Judocus Damhouderus in Praxi rerum criminalium cap. 91. num. 17. notat, quod „Judices Ecclesiastici adulterii notitiam & punitionem sibi peculiariter referunt & vindicant Curia spirituale & Jura Canonica: quia hoc adulterium directè concernit & spectat ad Ecclesiam, aut ad violationem Sacramenti Matrimonii. Deinde adjungit: „Judeces scabiles nihilominus sibi adulterii examinationem, & punitionem assument: non tanquam curia spirituali præjudicantes, quasi de Sacramentis & causis spiritualibus, quicquam judicantes: quia ea tantum faciant, non Sacramentum violati gratia, sed ipsius persona causa, que propheta, na est, & non spiritualis: ideoque ipsorum foro habilis est, & subiecta.

Hic sat insinuat Damhouderus, Judices scabiles contra laicos cognoscere de adulterio, quando non de Sacramento seu separatione Matrimonii, sed de pœna infligenda tractatur.

XVI. Hoc non immerito deplorat ibidem Damhouderus, quod ubi olim adulteria Deo jubente, ac legibus Romanis postmodum probantibus fuerunt morte punita, „hoc infelix cissimo seculo apud quosdam Judices tam parviflant adulteria, ut quasi parum ipsi insit sceleris, & quasi peccata sunt leviuscula ob hoc solum quod sint frequentia, & à multis circa conscientia stimulatum perpetrata. Ideoque vel levius adulteria puniunt, forsitan etiam quod ipsi eo aliquando contaminati sunt.

XVII. Conqueritur quoque Zypaus in Notitia Juris bellici tit. ad Legem Julianam De Adulterio num. 7. „Crimen hoc adulterii nimis moliter puniri: pecuniaris plerumque multus, quandoque expositione in theatro ad ignominiam, inductione infami per plateam, processione in linea induito, & delata ad templum candela, adulterae vesti supra genua praecisa, ad subsannationem, aut simili arbitaria.

XVIII. Eandem esse in Gallia usitatissimum adulterii pœnam testatur Boërius Decis. 279. idque ut appetat, de sumptu est ex Glossa ad Can. 5. can. 32. q. 1. Refert tamen Panponius lib. 2. art. tit. 9. adulteras sapientius fuisse condemnata.

Van Esten Jur. Eccl. P. III.

tas ad pœnam juris expressam in Authentica SED HODIE Cod. De Adulteriis, cuius supra meminimus.

XIX. Dicit Antonius Faber in Codice lib. 9. tit. 7. Definit. 2. in Sabaudia adulteras puniri pœnam juris expressa in citata Authentica Sed hodie; ubi recte notat, quod si Monasterium non nisi honestis, Deoque sacris virginibus includendis sit destinatum, cogi nequeat ad adulteria recipiendam, nisi ab initio in eam rem constitutum sit, cuiusmodi Monasteria pleraque apud Italos, nulla apud nos, ait Faber.

XX. Et sane admodum inconveniens & periculosum est, ejusmodi adulteras, alive carnali concubitu corruptas ad Monasteria aut honestarum virginum consortium admittere propter periculum infectionis: neque Superioris facile etiam in iunctu lucri temporalis in simili receptionem consentire debent: sed potius allaborare, ut loca specialiter ad similem hominum genus collocandum, & recludendum extrahantur; iisque de bonis Directoribus & Directricibus provideatur: quale hodie in civitate Bruxellensi satis amplum & famosum habetur.

XXI. Nonnumquam adulteros ob speciales circumstancias concurrentes fuile etiam pœna mortis punitos testatur Paponius loco citato: ut proinde appareat, pœnam adulterii esse quasi arbitrariam pro casuum & circumstantiarum varietate, quæ crimen vel aggravant, vel alleviant: quod etiam ex Paponio observat Petrus Tholofanus in Syntagma lib. 36. cap. 6. num. 38.

XXII. In Belgio non eamdem esse Provinciarum consuetudinem indicant Concliva Regia, dum in promulgatione Concilii Tridentini hic ageretur. Nam teste Anslemo in suo Triboniano Belg. cap. 3. 2. §. 34. circa cap. 8. Seff. 2. 4. De Reform. Matrim. quo adulteros & concubinarios contumaces excommunicandos, & extra Diocesim ejiciendos statuit, notatum fuit: „Ut variant Provinciarum consuetudines, ita & censuræ. Brabantis videtur sufficere pœna Juris Canonici, & contra Laicos Juris scripti. Hanones ad Concordiam sua provocant, Namurani Laicos à Laicis puniendos, Clericos à judicibus Ecclesiasticis. Arthensi & Ultrajectini notant ejectionem adulterorum extra oppidum & Diocesim sapere relegationem, que non competit in Belgio potest Ecclesiastica. Alii indicant præventioni locum esse inter Judicem Ecclesiasticum & scabiles. In summa Concordia & cordata & consuetudines vetustas prævalere debere quilibet in loco.

XXIII. Mariti non tantum ob propria adulteria puniendi, sed interdum etiam ob adulteria uxorum. „Maritus enim (ait Damhouderus cap. 92.) qui sciens volensque dissimilat, & permitit uxorem adulterari, ita ut nec verbis, nec re illa illi adulteranti obsistat, nec ipsam ab adulterio retrahat, hæc vel nec ipsam à se dimovet, is ob uxoris adulterii dissimulationem dammandus est exilio, aut alia simili pœna arbitria. Traria Judicis.

XXIV. Multo magis his ponis aut acrioribus poenis est condemnandus, quoties ex uxoris adulterio, ullum sibi quæstum parat aut lucrum: hoc enim faciendo, crimen præterea committit Lenocinii, L. 2. §. LENOCINI ff. ad Legem Jul. De Adul. & L. 2. Cod. ead.

XXV. Lenocinium, cuius hic facta mentio, est nefarium illud scelus quo quis ex publicis scortationibus, adulteriis, fornicationibus similibusque nefariis viis carnis sibi questum facit: non quidem proprio corpore, sed virgines, mulieres, vel uxores aliaeve matronas quæstus gratia ad actum venereum pellicens, vel etiam privatum ad hoc domi alienis, & ex eo mere trario quæstum.

XXVI. De hoc crimine videri potest Damhouderus in Praxi Rerum criminalium cap. 93. è quo hæc descripsi; qui & ibidem ostendit, hoc crimen etiam Ethnicis suis detestabile, ac atrocibus poenis subjectum; deploratque hodie quidem apud Christianos mitius puniri; una tamen monens, hujusmodi lenocines aut lenas „esse in dampnabiliter rerum statu, & abjectissima demonum mancipia, imo dæmonibus multo nocentiores, utpote per quas